



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Theophilvs Conf. 4. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

jam animos orcinis hospite possideri, quibus amor  
in parentes est pulsus. Cæterum REmBERTVM pa-  
trem pauperes suum jam dudum vocabant, ut  
qui in eorum usum loculos semper circumferret.  
Certè in captivos non suos modò, sed etiam sa-  
cros thesauros dilapidavit, præclaram mercatu-  
ram existimans, auro animas emere. Vectoriam  
contra Nortmannos precibus suis alter Moses im-  
petravit, sultque deinceps locus ille, in quo ora-  
verat, semper cespit evirenti lœtas: puto ne un-  
quam civibus obsidione liberatis deesset unde  
coronam hospitatori suo necterent. Ex Surio.

A uelle à Sole Solis radium, & non lucet, mem-  
brum à corpore, & putreficit: separa filium à devo-  
tione paterna, & jam non est filius, sed frater &  
collega illorum de quibus dicitur: Vos ex patre dia-  
bolo estis. S. Pet. Chrysol. in serm.

## S. THEOPHILVS CONF. 4. Februarij.

**O** Semper infidiosa demissis animis ambitio!  
THEOPHILVS ille, qui insulam ultrò oblatam  
ultrò rejecerat, mox officio œconomi ab æmulis  
se dejici usque adeò indignatus est, ut excire in  
auxilium orcum non vereretur. Ergo ad magum,  
cum hoc ad juratum humani generis hostem cur-  
ritur: Deum Deique Matrem ejurare non titubat:  
lingua impudens, non erubescit scripto firmare ca-  
lamus impius, sustinet ob-signare foedus infandum  
gemma perfida: verbo, IESV ac Mariæ nuper liber-  
tus, dæmonis abit mancipium. Sed sequitur & no-  
centem conscientia flagellat; quin honori jam suo  
restitutum acriùs etiam torquet. Quid faceret?  
quòd sugeret impius transfuga? ad magnæ matris  
ubera,

Feb.  
amor  
i pa-  
, ut  
rret.  
n sa-  
catu-  
riam  
s im-  
ora-  
e un-  
unde

nom-  
devo-  
er &  
dia-

ar g.

pitio!  
latam  
nulis  
ire in  
gum,  
n cur-  
tubat  
re ca-  
ndum  
liber-  
& no-  
n suo  
ceret?  
natri  
bera,

4. Feb. VITA SANCTORVM. 67

ubera, per quæ filium sauciariat? ad vulnera Filij, per quæ Matrem impetraret? & tamen ad Matrem ausus est confugere; memor semper Matrem facilius flecti, quam judicem. Itaque ad Marianæ ædis limina quadraginta ipsos dies noctesque perstare, sed longe magis ipsam cæli portam Virginem ambiere hanc lacrymis mollire, hanc gemitibus pulsare, hanc jejuniis denique frangere. Cedit itaque vim facienti facilis alias janua. Admittitur per Matrem ad Filij gratiam THEOPHILVS, extortisque infames hosti codicillos aufert. Hos ubi palam igni dedit, post triduanam febriculam per notam sibi, & jam apertam portam cælum ingreditur. Agnoscite felicitatem vestram in THEOPHILO Mariophili. Sit omnibus aliis angusta cæli porta, certè vos laxam ampliisque habetis. Ex Surio.

Maria peccatorem à desperationis barathro piâ manu retrahit, spes medicamen aspirat, foyet, non despicit, quo usque horrendo Iudici miserum reconciliat. Famosum hujus benignitatis testimonium est Theophilus per Mariam restauratus gratia. S. Bern. in deprec. ad Mariam.

S. CHRISTIANVS CONF. 4. Februarij.

**N**Vlli minus sapiunt, quam qui maximè, cum interea Superi iis ferè colludant, qui sanctam simplicitatē præse ferunt. Ad testem CHRISTIANVM provoco. Is cum adolescenti noctu non sat modestè tectus ædes perambularet, insultantem nudō tergo sub mulieris larvā orcum tulit, onusque improbum totam noctem circumtulit. Sacris initiatu Comitis natum sub exuviis ursi terrorem sibi injicientem cultro tantum jugulavit, mox errore.